Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40644
Copyright: Melk, Benediktinerstift



53

domini M.cccc.lxx. mensis februarij die xx. Ecce ergo beatissime pater q̃ solemnis fuerit huiusmodi generalis inquisitio: et merito sufficiens reputanda: vt proinde ad specialem inquisitionem fore procedendum merito decerni ac deliberari debuerit. Non enim necessaria fuerant huiusmodi citatoria edicta: licet ad abundantem cautelam fuerint studiose premissa. iurta ea que plene examinat dominus egidius de bellemera in decisionibus suis: decisi. cccccclxxij. quoniam abundans cautela nocere non consueuit. l. testamentum. C. de testa. c. littere. de dila. no. in cle. si dignitatem. de preben. pat in decisi. lxxxij. que incipit: item siquis narrat. et in c. q̃nto. lxiij. di. vbi dicitur q̃ nihil quod ad cautelam pertinet est omittendum. et precipue in cauendo peccato. lxj. di. c. sepe. et in predicando et docendo. xliij. di. sic rector. sicut et in regendis subditis. xxxix. di. petrus. et in rebus ecclesiar̃ seruandis. xxviij. di. de siracusana. Cum vero inquisitio de vita hominis sit subtiliter facienda. vt patet. l. di. §. i. fieriq̃ debeat cum omni diligencia. c. fi. de pbr. et. c. exhibita. de iudi. ac etiam fieri debeat in loco vbi conuersatus est ille de quo inquiritur. c. iij. de elec. cum tm̃ fit de mandato p principis non exigit omnimodam iuris solemnitatem. sm̃ hosti. et alios in c. cum dilectus. de purga. cano. et in c. cum clamor. de testi. et c. cum olim. e. ti. Aliter nanq̃ procedendum est cum inquiritur de persona. et aliter cum inquiritur de crimine. et aliter in preparatoria generali. aliter in sequente speciali. sm̃ innocencium et alios in c. i. de posta. prela. et per hosti. in summa de accusa. et inquisi. et per spec. in eodem ti. Et licet multis videretur huiusmodi inquisitionem sufficere pro speciali inquisitione quasi satis fuisset pro generali inquisitione q̃d factum fuerat tempore imo. vj. de quo apparebant nõ nulle reliquie antiquar̃ scripturar̃: tm̃ cum super hoc in consistorio secreto facta fuisset relatio sctissimo dno nro sixto moderno sixto iiij. visum est illam nõ sufficere omnino pro speciali inquisitione. quasi in dicto p̃cessu quo ad hoc magna interuenerit negligencia et defectus.